Bartoszewski Laurentii: Custos Paradisi Cherubim Divinissimus Elias Propheta —

CUSTOS PARADISI CHERUBIM, DIVINISSIMUS ELIAS PROPHETA,

SACERRIMI ORDINIS FRATRUM BEATISSIMÆ

V. MARIÆ

DE MONTE CARMELO

PATRIARCHA, & FUNDATOR.

Redeunte suæ Festivitatis Die

In Regio-Jagellonica Sacratissimi CORPORIS CHRISTI Basilica Celeberrimi Posnaniensis Conventûs Patrum Carmelitarum Strictioris Observantiæ,

A

M. LAURENTIO BARTOSZEWSKI,

In Alma Universitate Cracoviensi Philosophiæ Doctore, in Academia Posnaniensi Pöéseos Professore, CONTUBERNIJ SZOŁDRSCIANI Præfecto.

Oratoriâ Panegyri

DEMONSTRATUS.


Annô

A condito Paradiso 5682. Reparato autem 1741.

Die 20. July.

POSNANIÆ, Typis ACADEMICIS.

IN AVITUM INSIGNE
ILLUSTRISSIMÆ DOMUS
SZOŁDRSCIORUM.



I.

Sangvinis in Pelago fluitat RATIS una peramplo,
Altera de Galea nubila celſa petit;
In Pelagum fugiat quamvis, aut induat alas
Hoſtis atrox, Argo mox reprehendet ultra;
Si verò fluctus NAVEM laſſabit utramq;
Præſtò Pavonis PENNA prehendet eum.

II.

Cur ſine Remigio! ſine velis! & ſine remis!
Per mare Purpureum SZOŁDRSCIA curro RATIS?
Antennîs malôq; vaco! craſſôq; rudente!
Si quis id exquirit? Delphica dicta fero:
Non ſtrepo remigiô: tacitîs ut curſibûs, Hoſtis
Aggrediar Claſſes Barbaricoſq; viros.

Destituor velîs, quia nolo inflata tumere,
Nec me Fortuna inflat, necq; superbus Honor.
Non utor remîs, propria virtute propellor;
Hæc citat impulsum prosperitatq; meum.
Antennîs careo, transversîs scilicet ansîs,
Non soleo cuiquam, blandula ferre crucem.
Quòd non sustineo malum! promptissima causa est:
Optima sum NAVIS non habeo ergo malum,
SZOŁDRSCIA sum NAVIS, funê detrecto ruden-
Nam restis proram dedecet iste meam, (tem,
Sponte meâ propero, Patriæ quò cōmoda poscunt;
Libera sum NAVIS fune recuso trahi.
Anchora nulla meæ proræ, puppiq; ligata est,
Ad nutus Cæli ne gravet illa latus.
Quò me cura vocatLechiæ, festino libenter;
Ferrea (ne tardent) pondera, nolo pati.

III.

Si quis fortè velit sublimem promptus Olympum
Visere? SZOŁDSCIANA quærat in Æde modũ;
SZOŁDRSCIA nempè *Domus* liquidum super aëra
QuâsuperEridanũ velificemur, habet. (NAVEM

IV.

Syrmate Pavo suo stellas imitatus, & astra,
Angelus est Pennis, Cælituumq; Decus.
Ast ubi Conus habet polymitũ Syrma! notat: quòd
SZOŁDRSCIUS hic quivis Angelus est habitu,
Angelus est habitu Virtutis, Palladiôq,
Ingenii cultu, SZOŁDRSCIUS Angelus est.
SZOŁDRSCIUS hos habit9 præsefert quisq; Togat9
Hos Laticlavos SZOŁDRSCIUS omnis amat.

V.

Centum luminibûs cinctum caput Argus habebat,
Dum jussit vitulam pascere Juno suam.
Post ubi sopivit vigilem Mercurius Argum
Sustulit è vivis (proh dolor!) ense suô.
Juno dolet! gemituq; quatit fundamen Olympi!
Commovet ad gemitus astra, solumq; suos!

 Hos

Hos tamen inter ſingultus, lachrymaſq; fideles;
Fecit Cuſtodi ſecula longa ſuo;
Vultibûs humanis etenim membriſq; peremptis
Pavonis poſuit ſymbola, mæſta Dea!
Mox implumavit pennîs pro crinibus olim,
Erexit criſtam, roſtraq; pro ore dedit,
Tot tribuit ſtellas; oculos quot vivus habebat,
Pro terris Juno ſidera ferre facit.
Aſt ubi ſe Pavo GALEÆ deplumat A vitæ,
Argus cẽtoculus, SZOŁDRSCIUS omnis hic eſt.
Europæ Taurum Regno cuſtodit in uno,
Pervigil ad Leges, Sarmatiæq; Bonum.

VI.

Ad Caput Euphratis Tigris fontemq; Gehonis
Per latices quæ nos Prora Phiſone vehet?
Ex Paradiſiacis hæc late Flumina campis
Deducunt ortum, Principiumq; ſui.
Fonte ſuo quivis areas peragrando beatas,
Cæleſtes animas illicit amne ſacrô.
Non deſperemus lembum Proramq; ſecundã (het.
SZOŁDRSCIA per fluvios hoſce CARINA vé-

VII.

Septem ſunt PENNÆ, ſeptem Miracula mundi.
Prodigijs mundi fulgurat, iſta DOMUS.

VIII.

Neſcivi currum Divus quo vectus ELIAS,
Ad Paradiſiacas tractus ab orbe vias.
Aſt hodie novi Rhedam quæ portat ELIAM,
Nempè;Triumphalis currus es Alta RATIS.

IX.

Gemmæ Concha Parens formatur NAVIS adinſtar,
Concharum formas utraq; NAVIS habet:
Conſonat hic bellè ſenſus NAVISQUE figura;
Cõcha RATIS quævis, unio SZOŁDRSCIUS eſt,
Unio SZOŁDRSCIUS eſt: conceptus fulmine belli
Jupiter hoſtilis dum tonuiſſet atrox.

ILLUSTRISSIMO ac MAGNIFICO DOMINO,

D. BARTHOLOMÆO

De SZOŁDRY

SZOŁDRSKI,

CASTELLANO SANTOCENSI,

Domino, ac Mecænati singularissimo.

NOn solius PIASTI melliflui quondam Poloniarum Principis Domus, sed Tui quoq; Pares Principibus Illustrissimi Penates, Inquilinos habent Cælites atq; Divos. SENATOR ILLUSTRISSIME. Descenderunt enim ad illam Angeli, in Tuos quoq; Lares hodie descendit CHERUBIM Custos Paradisi ELIAS Sacerrimus. Nec mirùm: Domus enim Tua est Divinæ Palæstra scientiæ, in qua omnes SZOŁDRSCII Cælos loquuntur Terras tacent, Cælestia sapiunt: ut Cælitùs sumptô Consiliô hi Ecclesias & Diœceses, isti Regna, illi Provincias, alij Senatum Populumq; regant; & totam Poloniæ à Polo dictæ dirigant Rempublicam. Avitâ NAVI suâ, velut ex trans Cælesti Eridano adnavigant Łodziæ seu Argonau-

tæ Vestri, ut Terrarum tranquilitati prævisè & provisè consulant. Quoties pro Patria fantur, non tantùm à Civibus Patriciisq́ Lechicis, sed ab ipsis quoq́ hostibus, velut Angeli Pacis *audiuntur, quia & sublimiter, & sapienter, & svaviter; & efficaciter semper loquuntur* Magnalia Dei, *utilitati Publicæ proficua.* GERARDUS *Vladislaviensis Episcopus* Angelus Ephesi Ecclesiæ: *Pastoralia opera bona, laborem, & patientiam congenitam habens, ac exercens, ex natura & Pastorali officio in Diæcesi sua malos sustinere non poterat, sed Divino uti Sacer* Vir Ecclesiæ, *quia Præsul Spiritu cognoscens, & penetrans eos, qui dicunt se Apostolos esse, & non sunt, ubi invenit mendaces in opere, & sermone, convertit mendacium in caput eorum. De vinea Domini evellebat radicatorum scelerum. sentes, & tribulos: ut in consutilem Tunicam Christi, non solùm lacerare; sed lædere quoq́, quinimò: etiam tangere locum, & tempus non habent.* JOANNES *verò rebus Divinis felix, quia de Vobis Lodziis secundus Vladislaviensis Antistes* Angelus Smyrnæ *Ecclesiæ in tribulatione, & spontanea ob imitationem Christi, ac eviscerata pro meliori esse sponsæ suæ, Paupertate Dives Spiritu, & Virtutibus, resolvit se li-*

ben-

benter convitia pati, & blaſphemari ab his: qui ſunt de ſynagoga ſatanæ, ſed in Paterna cura, & ſollicitudine ſua uſq; ad mortem fidelis, accepit Coronam vitæ, quam meruit. NICOLAUS Poſnanienſis Præſul, ANGELUS PERGAMI ECCLESIÆ Divini Nominis, & Gloriæ fortiſſimus, Manutentor Promotorq;, ſpiritualis ſphæræ Motrix Intelligentia, aſſiduis Contemplationibus Sacris die noctuq; volvebat Cælos, directo autem egenorum reſpectu ſuo, omne rectum, & honeſtum tuebatur. ANDREAS Epiſcopus Poſnanienſis ANGELUS THYATIRÆ Eccleſiæ, cujus noviſſima, & hucuſq; exſtantia opera Charitatis, orbis uterq; videt, Terræ & ſidera ſpectant. Fulgent enim hucuſq; in Cathedra Poſnanienſi, velut primæ Magnitudinis aſtra, aureus argenteuſq; apparatus Eccleſiæ: Polymito autem ſyrmate & holoſerico vermiculati planetæ, & pluvialia Celeſtē fuiſſe Virum aureo imbre cum Minerva Cœlitꝰ demiſſum, ANDREAM teſtantur SZOLDRSCIUM, cujus ut nunquã ſeneſcerent Gratiæ! Alumnatum Nobilium Juvenum fundavit Poſnaniæ. Communitatem Alumnorum inſtituit: ut in Genere Nobilium adoleſcentium, ſingulares, & ſpeciales Univerſalis Fundatoris Patriſq; Gratiæ elucerent. Palæſtram Pietatis ac

Studij Académici, & Seminarium Reipublicæ in hoc suo reliquit Contubernio: ut scientiîs, & Respectibûs SZOŁDRSCIANIS enutriti Ephebi Nobiles Exoleti, in Cælo Nobilium Polonia radient lumine ingenij, & velut Phæbi Delphici Oracula Deorum fundant, dentq́ cunctis populis Responsa prudentum. Ne autem hi Trajani Lechici sine suis essent Plinijs, Laureatos Doctores Academicos in Professores adsciscens; totum Lubranscianum Collegium proventibûs auxit, & suo Vestroq́ Nomini, aureô censu annuô æternum obæravit. Nec satis erat, ut tantùm purè humanis sensibus benefaceret, sed Seraphicã quoq́ Familiam affinitati hominum junxit: ubi Conventualem Divi Francisci Asisij ex Umbria in lucem traducens Cælum, Posnaniã Fundator introduxit, ut horum Seraphinorum methodô ac exemplo, ad amorem, & cultum Dei omnes raperentur. ALEXANDER Cathedralis Posnaniensis unaq́ Virtutis & Sapientiæ CUSTOS, vel ANGELUS ECCLESIÆ SARDIS VIGILANTISSIMUS, scilicet ad Portam Posnaniæ Cælestis cum Petri Clavibus Thesaurarius, cæteros ad meliora cum Cælibus Charismata confirmans, & confortans, sub cujus vigilantia Cælestes Candidati Orthodoxi sexus in hoc immun-

do

do mundo, non inquinaverunt veſtimenta ſua, & virtutis habitum; ſed ambulaverunt ſemper in albis ſtolis Divinæ Gloriæ, & innocentis ſuæ conſcientiæ: vel Charitativus Philadelphicæ Eccleſiæ, qui in penetralibus cordis ſui ſervans, & cuſtodiens Verbum DEI, *ad introitum pauperum ſemper apertum habuit oſtium Domus ſuæ. Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus LUDOVICUS à Szotdry SZOĻDRSKI, nuper Caliſienſis* CASTELLANUS, *nunc jam per meritorum promotionem* Ino-Vladislavienſis Palatinus, & Generalis Majoris Poloniæ, *ANGELUS MAGNI CONSILII, in Eccleſia Civili, nempè Senatu Lechico, Spiritus Dictator Legum Sapientiæ, & Oraculum. Quia verò Numina Terrarum ſunt Reges! SZOĻDRSKI LUDOVICUS, hic Majeſtuoſus THRONUS ANGELUS! in quo utpote efficacibus vitæ, Honoris, & fortunæ in tuenda ſub Electionē Varſaviæ, & Coronationem Cracoviæ, ſua Majeſtate Regia, uſq; ad extremum præſtitis obſequiis, ſalutaribus consiliis* AUGUSTUM III. *feliciter Regnantem in Throno firmavit ſolidè. Ubi autem Magnum primarum inſtantiarum & deciſionum Tribunal in omnibus Areopagis Majoris Poloniæ, uti Generalis Judiciorum exercet* CAPITANEUS, *in LUDOVICO SZOĻDRSKI*

GENERALI MAJORIS POLONIÆ Judex Michael: una manu ſeptem Caſtrorum lancem in utrãq; partem ſemper æquiſſimè gerens; altera diſtrictum & evaginatum Gladium Juſtitiæ implacabilem ultorem ſcelerum tenens. STEPHANUS SZOŁDRSKI, Łanicienſis CAPITANEUS, vel exinde Angelus vitâ & meritîs fuiſſe cõſtat: quòd pacatô poſt Civiles motus orbe ſarmaticô, conciliatîs Regni Provinciîs depoſuit humanas exuvias, corpus, in quo ad Prodigium parebat terris, & inter Cæleſtes cætus pennîs amoris ſalutis ad viſionem Dei avolavit. Illuſtriſſimus VLADISLAUS SZOŁDRSKI, proſperè modernus CAPITANEUS, Łancicienſis, & Rogoſnenſis, JUNIORIS TOBIÆ MANUDUCTOR ANGELUS, exotica Nationum luſtratione ut celebris; ita Domeſticis etiam Patriæ curis inſigniter glorioſus. ab exteris Nationibus Redux ſalutaria dat Domi rectè vivendi, & agendi monita, & conſilia ſolatur Illuſtriſſimos Parentes LUDOVICUM, & MARIANNAM de UNROGIIS, Majoris Poloniæ Generales convenientibus Proſapiæ ſuæ ſuis geſtorum factis, faxint Superi, ut illos incolumes ipſe ſoſpes, quàm diutiſſimè conſoletur. Conſcriptorum Patriæ Patrum Ternio olim JOANNES NICOLAUS, & ANDREAS SZOŁDR-

SCII,

SCII, CASTELLANI BIECHOVIENSES, Purpurati optimi Optimates Lechiæ Principes, Terrarum, & Senatûs Poloniæ ANGELI. Proceribus Dinastis, & Principibus Regni, in Senatu aderant, & profuerant; ut cuncta Publica difficillima Provinciarum negotia, ocyùs facilitarent, quàm alij illa conijcere, vel proposita audire poterant. Illustres Domini MATHIAS NOTARIUS POSNANIENSIS, STANISLAUS PINCERNA CALISSIENSIS, & CASIMIRUS POCILLATOR VSCHOVENSIS à Szołdry SZOŁDRSCII, Poloniarum VIRTUTES ANGELI, fortitudine animi & robore mentis omnibus præcellentes. Quidquid egerunt sceptrô scribenda non calamô, vel ipsô contra Hereticos intra ambitum Regni existentes odio Orthodoxam confirmarunt Fidem, quam non solis verbis, sed bonis quoq; & piis operibûs tuebantur. Magnificus Dominus ALEXANDER defensivis contra Finnos & Æstones armis Roth Magister Exercituum Serenissimæ Poloniæ Reipublicæ. Andreas verò Loricatæ Legionis contra Barbaricas Chimeras inflati animi mõte tumentes, Bellerophontes hastator scilicet vibratissimus. Raphael, Adamus, Joannes, Adalbertus insuper Martinus Avus, JACOBUS autẽ Genitor Tuus Illustrissime Castellane, præter eos

ANDREAS Consobrinus superstes Frater ex Equestri Ordine exercitus, ingens à Szołdry SZOLDRSCII, Terrarum POTESTATES ANGELI, adversam hostium vim, & malitiam Heroico pectore suo, velut clypeo reprimentes, & præarcentes procul à damnis Patriæ. Tu verò Illustrissime CASTELLANE SANTOCENSIS, ille es inter Hierarchias Patriciorum Lechiæ Cætuum ANGELUS PACIS, qui in Apocalypsi clamabat stentore voce, ne quisquam unquam audeat nocere Arboribus, mari, terris, ac cunctis hominibus. Tu enim Excellentissime Senator, non tantum nemini damna infers, sed quoscunq; exorbitantes cernis, sine arguitione sustinere & tollerare id pati nequis, sed obsecras arguis, & increpas, ut à nocumentis hominum, injuriis Terrarum abstineant. Continent alij in Domibus suis, non tam bellîs ex hostibus, quam potiùs privatis factionibus ex concivibus suis, & vicinis domesticis rapta, vel in castris Judiciorum iniquè acquisita spolia, Tu ex Castris militaribus, post continuas per 12. annos pro Patria cruentas in Rubra Russia expeditiones, nihil de Civilibus rapinis, præter propriam; eamq; Tuômet Clypeô protectam, Tuîsmet armîs defensam, Tuomet robore salvatam vitã extulisti; nihil de alieno labore manuum in deso-

lata

*lata per hostes bona, & hæreditates Tuas attu-
listi. Nihil in Tuo Atrio Nobilium, nihil in pa-
rietibus Tuis, nihil in Clavo Regiminis, & Na-
vis, nihil in Capitolio Domus Tuæ, nihil deniq;
in Area Honoris Tui Tibimet armorum Victo-
riarum, & Triumphorum Feretrio Jovi ad præ-
sumptionem Gloriæ; vel ad jactantiã dexterita-
tis suspẽdisti. Immo: proprias facultates utilitati
Publicæ, uàn cum oblata, & consecrata Patriæ
usibus vita, impẽdisti. Nec mirùm BARTHO-
LOMÆUS enim es, non solum habitum for-
tunæ & vestimenta, sed ipsas corporis exuvias
dares, si egenorum vel Patriæ nuditas exigeret.
Solo habitu virtutum contentus Senatoriã non
quærebas Purpurã, non arescebas præ expectã-
tione illius in Aula Regis, & quamvis Filius JA-
COBI es, tamen non supplantabas alios, non præ-
veniebas etiã ipsos immeritos. Sed ipse Serenissi-
mus AUGUSTUS III. cum Te jam diutius expecta-
re non poterat, ut peteres, ipse sponte sua Privi-
legium Tibi pro Castellana misit Dignitate. Sed
parce ulterioribus verbis SENATOR ILLUSTRISSIME,
attende veritati, & per patientiam interim to-
lera, non per auxesim; sed per licentiam, & au-
daciam dicam, quod; quamvis per impossibile
(quò ad Tuam naturam, & optimam compositi-*

onem æquitatis morumq; dico) quamvis (inquã) vel ad rapinam in Campo bellico, vel ad injustitiam in foro (datô non concessô) proclivis esses, tamẽ ipsa Illustrissima ELEONORA *de Bachszteyniis Castellana Consors Tua assertis his omnibûs inconvenientiis saltim prudentissimè obviaret, & obsisteret. Ill*[illegible]*m sic æqui justiq; tenax, & amans, ut de cap*[illegible]*is vertice pilos, de veste vestiumq; fimbria pulveres excuteret, si alienos esse adverteret. Quamvis enim celsis robustisq; humeris est* EXCELLENTISSIMA *hæc* DOMINA, *utpote ex Atlante Parente suo Bachszteynio S.R.I. Dinasta progenita Filia, alienam tamen etiam atomam prædam ferre nequit, sed sub illa velut Enceladus sub Etna gemeret. Quoties in publicum tæniata prodit, ac incedit; ipsa velatis oculis Justitia esse creditur. Hoc tantùm signo ab Astrea esse dignoscitur, quòd nigrum velum, & non albam fasciam ex fronte in oculos prædemittit. Et quòd magis est: nec Illustr: ac Magnific:* LUDOVICUS SZOLDRSKI, CASTELLANIDES SANTOCENSIS, *unicus & unicè dilectus Filius, nec utraq; Illustris: ac Magnifica Castellanis* VILHELMINA *scilicet &* VICTORIA *Te uti Patrem suo prosequerentur amore, si aliquãdo, vel in minimo Legibus Regni, vel Juribus*

ami-

amicitiæ dissonum Te fuisse cernerent. Tanta enim in superstite Prole Tua Illustrissima, morum & justitiæ animadversio, tantus amor virtutis, tanta perspicatia ingenij, ut quamvis ex legibus naturæ, & bonæ Indolis suæ, ad Genitoris sui omnino teneantur reverentiam, si tamen in Te vitium cujuscunq; injuriæ cernerent, facilè ab amore, & obsequio Tibi debitis sese absolverent. Imò; nec se Illustres ac Magnifici ANTONIUS *Pocillatorides Vschovensis, &* JOSEPHUS *ac* IGNATIUS *à Szołdry* SZOLDRSCII, *pro Patruo suo, nec Illustrissimi Consangvinei, & Affines pro Familiarum suarum decore profiterentur, si Te suarum Domorum, & Prosapiarum singulare Clenodium longè à Corona Virtutum abesse cernerent. Quod verò maximum: nec Te subditi ita pro suo venerarentur Domino, si non esses Heres Probitatis, & Dominus Virtutum. Sed diligit Te Illustrissima* ELEONORA *Ca*STELLANA CONJUNX, *non tantum quà Maritum, sed quà justissimum, non tantum qua Senatorē; sed etiam qua omnibus virtutibus perfectum Virum. Diligit Illustrissima utriusq; sexus Proles, non tantum qua suum, sed etiam qua totius Patriæ Patrem, non tantum qua successivarum opum, sed etiam qua hæreditariæ virtutis Autho-*

 rem

rem & Auctorem. Prosequũtur Te summa animi sui teneritudine, tam Filiastri Illustres Antonius, Josephus, ad Ignatius, quã etiã Cõsanguinei Tui LESZCZYNII, OPALENSCII, ZAŁUSCII, DZIAŁYNSCII, LIPSCII, PONINSCII, KIERSCII, UNROGII, MIASKOWSCII, ZAKRZEWSCII, MODLIBOWSCII, KOSSOWSCII, JERZYKOWSCII, CIELECCII, BACHSZTEYNII, TURNONES, KOSZUTCII, ROZDRAZEWSCII, GAJEWSCII, BRODNICCII, MALCZEWSCII, LISIECCII, CEREKWICCII, SREMSCII, & sexcenti alij. Prosequuntur inquam summo amore, non tantùm quà Consangvineum; sed quà Probinũ, non tantùm ex ratione Gloriæ suæ, quà Purpuratum Conscriptumq; Patrem SANTOCENSEM CASTELLANUM, sed qua sine dolo & fraude Sarmatam Patritium, quorum concatenato amore, etiam ad amorem Tui trahis Poloniam, omnes stringis Provincias Lechicas. Hanc itaq; Domum Tuam Illustrissimã Paradisum voluptatis cernens, CUSTOS PARADISI ELIAS properát in eandẽ non alio curru, nisi Rhedâ, & Pilentô Avitæ Ratis Tuæ. Et quia per Eufratem, Tigrim, Gehonem, & Phisonem fluvios ad Paradisum est navigandũ; igitur velificationi huic aptissima Navis Tua Patritia. Si verò per aëra voluerit iterum viã ELIAS instituere, superior Argo Tua etiã tali superaëreo tractui est idonea. Adeoq; ad majorẽ Excellentissimæ Domus Tuæ securitatẽ, Illustrissime Mecænas admitte hodie Custodẽ Paradisi Cherubim ELIAM Divinissimũ, qui flãmeô suô Gladiô alluceat Tibi ad omnes vias prosperas, & planas, faustissimos autẽ totius Almæ Prosapiæ Tuæ successus eousq; propugnet dexterrimè, quousq; Damascenũ tuebitur Paradisum, nempè: ad ipsam usq; consumationem mũdi, & omniũ in Terris sæculorũ. Toti enim par Orbi Szołdrscia Domus Tua, exigit; ut Orbi integro sit in durando coæva, nec priùs ruat, quàm Columnæ Cæli trement, Cælũ ex Atlantis humero devolvetur, & stellæ de Cælo cadent, ita precatur sincerrimis votis

Toti Illustrissimæ ac Excellentissimæ Domui Vestræ

devinctissimus Cliens, & servus. Author Operis.

ORATIO.

CÆlimontana, quia Carmelitana *Porta* primo huc ingreſſui obvia, Locum hũc sũma Religione plenũ, quia *Terram* eſſe *Sanctam* indicat. AA. A Civilibus enim mænibus, ſimul & à ſeculo Locus iſte remotus, cum Phænice:

Humani nunquam patitur contagia mundi. Claudianus

Diſoſtiatô Vartæ flumine undiq; circumluitur; ut nihil coinquinatum intret, ſed priùs lavet ſtolam & animum, qui hujus Loci vult eſſe Candidatus. Priùs hîc coram geminis diſpartiti Vartæ apparitoribus oſtijs, diſcutiat ſuæ ſarcinam conſcientiæ: ne quid ſuſpectum, vel prohibitum, aut importantiam Regni Cælorum ſivè fraudando minuens, ſive minuendo fraudans importet ſecum. Habet *ſceleratum Campum* Sancta Roma incæſtuoſarum ſcilicet Veſtalium infamem tumulum, ſub *Collina Porta* almæ ſepticollis Urbis eminentem; Auſonia Majoris Poloniæ *Poſnania* non habet; quia Poſnanienſî hôc Campô: Marlianus in Topographia Urbis Romæ L. 5. fol: 98.

Non eſt in toto Sanctior orbe locus. Romæ ſuper puteũ.

in quo ipſe Sanctitatis Reparator & Author nempe

Salvator mundi hæreditans, non unum poſſidet perfectum, utpote rotundum Tabernaculum. Arca Domini, quia Regiò-Jagiellonica hæc Ædes, Tabulas Præceptorum Dei Regulas ſcilicet ELIANÆ Inſtitutionis; & Moyſis Virgam ſine nodo originalis culpæ Virginem Mariam continens, pravos Dagones non patitur, indignos Ozas à contactu arcet & obſequio, ut non obſequantur potiùs, quàm indignè obſequantur. Campus hîc Carmeli verè Campus Elyſius, quia & Beatæ in terris utpote Religioſæ degunt hîc Animæ, & Imperialis Corona Sanctorũ Flos Nazarenus renidet inter Lilia Candoris Hypoſtatici, inter quæ Cæleſtis Agnus commoratur, & paſcitur delicatiùs: quàm Semiramidis inter roſas, aut inter ſtellas Martius aries in Zodiaco. Sublimis ſanctitatè Locus iſte, ſub ſidera ſuô culminat faſtigiô, ac Propheticô ELIÆ ſpiritu humanas mentes ipſi Cælo admovet: ut terrena deſpiciant, & faſtidiant. Hinc præ Religione Magnæ, quia Divinæ hîc Majeſtatis Sanctitatiſq; ſimul;

Ceu Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram
Formidat, timidis cunctans vox faucibus hæret.

Sangvine ſudaret hîc magis Herculis ſimulacrum, ſi Maieſtatem Loci hujus cerneret, quàm ſudaverat olim, dum Perſicis imò veriùs totius mundi Trophæis gravẽ, & magnum inſpexit Macedonem. Evaginatus enim ELIÆ gladius majorem quam Alexandri mucro timorem incutit ſimulq; reverentiam. Penetrando pectora conſcias ſibi perſtringit mentes: pennas quidem Oratorum acuit, ſed quas

Vel: Mars ex Pharetris Cæleſtis prompſerat arcûs
Vel: propriis alis ipſe revulſit amor.

Pulchritudo Carmeli ut Libani, aut Sionis, amænitate ſua mentes illicit, ſed altitudine humanas vires

de-

debilitat. Splendidus ELIÆ ensis illustrat quidem semitas, & deplanat; sed quia flammeus, etiam candendo arcet. Conijcio tamen flammantis ELIANI Teli Mysterium ex ipsius hîc Carmelitani Campi situ. Campus hic Paradisiacîs, quia Religiosîs affluit delicijs. Eminentia Carmeli Damasceno non impar monti. Torrentem voluptatis ex dulcissimo *Mari Gratiarum MARIA* effluentem, *Arborem* verò *Scientiæ Boni*, in quovis Religionis hujus Viro continet. Proinde: ubi flammeô armatus gladiô ad Carmelum suum, & Posnaniensem hunc Campum Divinissimus Propheta ELIAS prostando excubat, & excubando prostat: CUSTOS PARADISI CHERUBIN cõgruente sibi à me dicetur elogiô. Patiaris igitur ELIA D. te Custodẽ Paradisi Cherubin, ad voluptatem nostram promulgari, & pupillám svadam meam velut pupillã oculi, Cælestis Armiger custodias. Custos Paradisi Cherubin Vestrum AA ad elogia sua devincit animum, & ad benevoli favoris accendit zelum, ad quem ego Orator, Divinissimi Prophetæ acinace non cogo, ne extorquere videar; sed invito ac propensissimè postulo.

EXcelsa naturæ suæ perfectione sublimis primusq; Creaturarum est *Cherubin*. Eô ipsô enim Angelorum *Princeps*, quia in primo primæ Hierarchiæ Cætu nativus hæres. Ut sol splendore sidera, sic *Cherubin scientiâ Dei excellit Cælites*, Ille enim in Regno Cælorum supremus Majestatis Divinæ *Minister*; in signandis Mysteriorum Privilegijs *Cancellarius*, in depromendô arcana Dei, *Secretarius*; in denuntiandô veri Numinis beneplacito *Referendarius*. Ut enim Fons à Mari, sic *Cherubin* à Supremo *Deo* derivat scientiæ plenitudinem, quam in totam Cælestem sic diffundit Rempublicam: velut nubes in

agros imbrem. Illuminat ſplendore diem criſtallus, ubi directos in ſe radios ſolis recipit ac reflectit, ſic *Cherubin* ab IncreatoSole deſumptum ſiveFidei, ſive ſcientiæ Lumen cum fænore cæteris reddit Cælitibus: ceu exploſi fragoris vocem per colles; aut per ſeptizonium reflexa echo: dum velut exundans fluvius in ſitibunda evolvitur littora. Prævenit Seraphinos amore, quia ex cognita per præcommunicatam ſibi ſcientiam excellentia Dei, non aliter ad Dilectionem Numinis accenditur, ac à fomite pulvis pyrius, ac ipſe fomes à primo incentivo ad ardendum. Nihil enim rectè diligitur, niſi ſit præcognitum, quia ergo Cherubin priùs Deum cognoſcit quàm Seraphin; etiam priùs diligit, quàm Seraphin. Poſt aſſeitatem prima in Deo perfectio ſcientia; utpote: etiam Omnipotentiæ directiva, hanc ubi primus omnium haurit *Cherubin*, Primogenitus eſt Cõſors Divinæ Gratiæ. Ut enim Oriens primam lucem ſuam in montes montiumq; & collium faſtigia, ſic Deus voluntatẽ ſui liberi beneplaciti primò in Cherubin jacit. Non ardent votivæ ſuper aras tedæ, niſi communicativô accendantur fomite, ſic illuminationem arcanorum Dei haud participant Beati, niſi derivent per Cherubin. Totus in oculo, & totusOculus Deus, Divinæ ſcientiæ pupilla Cherubin, hinc: ut ex toto oculo, viſuales concurrunt in pupillã, & concentrãtur radii, ſicSacramentorũ ſub Divino pectore, velut ſub cortina Delphica latentiũ, nondum ſcilicet à ſeculis revelatorũ Divis Cælitibus attributorum radij primò in Cherubin conveniunt.

Propheticô perfuſi ſpiritu Viri, Deo-docti ſunt Cherubim, immediatè ab illo eruditi Magiſtro, qui Cathedram Cælum habens, corda docet hominum, æquè facilè ac profundè, æquè profundè ac ſublimiter

ter

ter, quia ſupêr ſidera tranſcendenter. Nihil illi diſcunt, omnia ſciunt,velut in ParadiſoAdam, aut Salomon in Gabaon, tot verò habent Auditores; quot homines omnium expoſt à nativitate ſua ſeculorum. Excellentiâ ſcientifici Cælitùs ſibi infuſi doni: Prophetæ, Cherubinorũ ſunt Condiſcipuli; & ſic excellunt terrigenas, ut CherubimCælicolas. Quid volũt Numina ſcire? ſequi? vel cavere orbem? per labia vulgant Prophetarũ, qui utpote Diſcipuli Superum.

Pectoris è roſtris pandunt arcana Deorum.

Aſt ELIAS Diviniſſimus Propheta eſt Sacerrimus, Divino ſpiritu æquè plenus; ac littus maris æquore, oculus venîs, ſol ſplendore. Ergo ELIAS CHERUBIM eſt, quia ſcientiâ Numinis Theodoctus Majeſtatis Divinæ Miniſter primus, quia intimæ admiſſionis Regiæ Cubicularius, Privilegiorum Cæleſtiũ Signator; à Throno Dei *Cancellarius*, *Os Regis* Regum, & Domini Dominantium. Quoties Supremũ Numen tangebatur intùs humanô ſcelere, per ELIAM Prophetam, & dolorem ſuum explicuit, & paratas in exceſſivos pænas revelavit, ut ſic Paternè præmoniti ad ſaniorem ſenſum, vitam, conſcientiã, mentemq; redirent; & à peſſimis revocati viîs,rectiùs meritorum paſſu ambularent. Quoties idemNumen ſuos terricolis voluit præſtare favores: primùm ELIÆ ſuas Imperialis mentis gratias, & gratiarum mentem aperuit. Diſplicuit Numini coronata Samariæ Regis impietas, quâ apoſtaticô cultu Baalim coluit, ut hoc magnô quia Regiô, eô tamen indignô cultu ſuô, Maximo Numini cultum minuiſſet. Diſplicuit Creatori hominum, & fortunarum Datori Deo, tam homicidium, quàm ferus raptus Reginæ Iezabelis, quæ cælitùs datam vitam, & facultates Iezraelitæ Naboth, Tyrannicâ manu ſuſtulit.

Nemo noverat: quantùm afflixêre Divinum Cor, Regalia hæc ſcelera! ELIÆ Cæleſtis Jupiter mox gemitûs ſui pandit ſenſum, mox fulmina parari ad plectenda vitia revelavit. Quia verò Cherubini utpote primi Superûm Miniſtri eſt, Gloriam tueri Numinis; ELIAS igitur non diſtulit; ſed certior à Numine factus, ſuppreſsîs Cæli imbribûs,&Majeſtates Imperantium Achab ac Iezabel, & ſubditos afflixit ſitî, ut irriguîs pænitentiæ lachrimîs noxas abluerent; ac ſtolas lavarent fœdati ſui pectoris, ſic demùm conciliarent ſibi irata Cæli Numina, repudiatô Baal dæmone; ſic (inquam) jejuniô ac inediâ fertilitatem annorum ab aſtris revocarent.

Motrices Cælorum intelligentiæ Angêli, ex qua Hierarchiarum ſint? nondum nobis Theodocta definivit Theologia, & ſacer Patrum determinavit ſenſus; quia tamen: *Sapiens dominatur aſtris*, utpotè: qui ſolo minor eſt Jove; hinc: facilè probabilî ſententiâ ad Cherubim id ſpectare muneris, ego cenſeo. Regularî enim motu ſive regere, ſive movere ad amuſſim ſidera; & ad exigentiam ſive temporis, ſive voluntatis Dei coaptare, ſupprimendo ſcilicet, aſtrorũ nubiumq; influxum; niſi ſapientiſſimus, ac ſcientificus poterit Angelus, niſi Theodoctus Vicarius Divinæ virtutis,verbô dicam: niſi Cherubim valet. Proinde: ubi trienniô Cælos, & nubes continuit ELIAS Diviniſſimus, ut ſuppreſſo rore, unionem cum Deo, ſciſſæ: quia ſchiſmatizanti Samariæ pareret,ubi demum; pænitentibus Regi Achab,& Plebibus imprægnavit effætas nubes Pater hic Sacerrimus, & ad vota omnium movit Cælos, accommodavit aſtra, inflexit ſidera, hinc; Motrix Cælorum intelligentia per conſequens Cherubim Diviniſſimus ELIAS eſſe liquet.

Che-

Cherubinorum natura ut fontium, deſumptám, ſcilicet à Deo ſcientiæ, ut fontes à mari plenitudinē in alios fundere, cæteros irrigare. Ideò enim Cherubim ex Cathedra Divini cordis, voluntatis, & arbitrij docentur à Numine, ut totius orbis ſint Magiſtri; ideo incomprehenſibilî accenduntur lumine ſcientiæ: ut inflamment alios. Diviniſſimus ProphetaELIAS etiam ex eo officio eſt Cherubim; Propheticam enim ſcientiam à Deo ſumptam in ſe continuit, non ſuppreſſit, nō abſcondidit,ſed tam ex præplenitudine ejus;quam ex officio quoq; ſuo illam centū communicavit Viris, ipſe Centurio Centuriæ Propheticæ, id eſt Cæleſtium Virorum communicativus Divinæ ſcientiæ Cherubim.

Ut idoneum ſibi cultum, adorationem, & gloriam habuiſſet Cæli Dominus, imperavit Moyſi Arcam, Salomoni Eccleſiam, utramq; magnificè ſtruere, utramq; de incorroſibili materia; quia illam de lignisSetim, hanc deCedrisLibani, utramq; ſplendidè; quia expolitô perfuſam aurô. Ad majorem verò tam laudandi Deum ſcientiam; quàm utriuſq; hujus Propitiatorij Reverentiam: dedolati ſunt alati Cherubim parî perfuſi aurô; ut ad pretioſum Domini cultum omnes raperent, omnes prudentem; non ſimplicem orandi docerent methodum. Ruſticantem enim; ſive Satyram orationem cultiſſimi oderunt Cælites, ſapienter orandum: ut vota valeant apud Superos. Simplex quippè cultus, non decet Aram Numinum, etſi decet! ſimplicis tantùm; ſed ſimul mundi cordis, non barbari voti aut materiæ. *In ſenſu Myſtico* Templum Hyeruſalem: Cælum cunctos complectens homines,

Exod: c.25 3.Reg: c.5. & 6.

Arca fuit Domini Virgo Maria Parens.

ELIAS Diviniſſimus ad hæc Divina Tabernacula

SS Joannes, Damaſcen9 Bonavent: Ambroſius, & alij.

Che-

Cherubim, ob charitatem aureus, ob splendorem vitæ & ingenij expolitissimus, in conspectu Cæli velut in medio Sanctuarij; semper ad cultum Numinis compositissimus. *In Nubecula parva, velut vestigiũ hominis ascendente de mari*, excellentiam adhuc futuræ protunc *MARIÆ Virginis*, cælitùs sibi revelatã habens, sic se gessit erga futuram protunc Divinam Matrem, qualiter se gerunt nunc in Cælo Angeli, erga eandem assumptam, & coronatam suam Reginam Angelorum. *In morali* autem *sensu*: Templum Dei, Corpus; Arca Cor ELIÆ fuerat, quia præsentissimum in se semper habebat Numen, ut animam à corpore, sic Deum à se dimisit nunquam. Vermem conscientiæ intùs nunquam admittens, incorrisibile præstitit Deo Propitiatorium se ipsum. Quid Prophetica ELIÆ anima? nisi Theodoctus Spiritus Cherubim; quia ut ipse eruditissimè coluit Numina Cæli, ita singulos ad parem Numinis cultum erudivit. Quisquis accessit ad ELIAM, majorem Dei ut scientiam, sic etiam sumpsit reverentiam! quibûs Regna, & populos, erudivit, dum ab idololatria Baalis & Beelzebub deastrorum retrahens, ad cultum veri reduxit, & inflexit Numinis. Ad cujus Religionem quia Ochozias ac Pseudo-prophetæ converti noluerant: Pseudo-deos Baalim, & Beelzebub in frusta comminuit, idololatras autem justâ damnavit mortis Nemesî. Si ignorarem ELIAM esse Cherubim, unum ex Cælicis Potestatibus Angelis esse crederẽ, quia & infernalem vim refrenavit, repressit, imò toto fugavit ab orbe; & Apostatas utpote dæmonum sequaces abegit ad tartara, ut pro temporali præstito illis Pseudo-cultu, æternùm cum ijsdẽ crucientur.

3. Reg: 18 ℣. 44.

Carmelus Mons, Mons Religiosi Paradisi cunctis hominum amænissimus. Hîc primùm Ascetica

for-

formata Religio, & ſpiraculum ſpiritualis vitæ accepit à Deo, quô melius ad rationalem Latriæ animata cultum, quàm lutea Promothei ſtatua de Cælis ſublato ſolarium igne radiorum, *Arborem ſcientiæ Boni*; quia *ſcientiæ Dei*, utpote Propheticæ habens:

Excellit Libanum! laurigeroſq; ſtylos.

Parnaſſi! Pindiq; jugum! tergumq; Sionis!

Carpſerunt hanc Arborem ſcientiæ Boni non manu quidem malignâ; ſed lingvâ procacî, aſt eò magis temerariè, quia talî lingvâ, mali, imò: peſſimi, illi duo Quinquagenarij Ambaziatores à Rege; imò potiùs coronato ſcelere Ochozia emiſſarij, dum fictô compoſiti obſequiô hominem Dei ELIAM, Carmeli Incolam appellabant. Cherubim enim erat potiùs, quàm homo, verèDei, non autem fictô etimô; vel homo: ſed Angelicus, quia:

Amplìs Divini pennìs inſtructus amoris.

Æquè internâ mente; ut ſuperiore externô melotæ habitu candidus, umbram tantùm hominis habens, quotidianîs duntaxat jejuniîs, ac Eremiticîs mortificationibûs emaceratiſſimum Corpus, velut ex ſolo àëre formatum, aut ſolâ fermè Cæleſtî aurâ (ut Phœnix) paſtum. Iratum ergò Cæli Numen expulerat ex hoc Paradiſo, nempè; ex Carmelo Quinquagenarios iſtos pediſequos Ochoziæ, dum ad ELIÆ vocem per evomitam, cælitùs emiſſam flammam humanâ vitæ privavit luce. ELIAM verò in eodē Carmeli monte confirmavit, ideſt in Paradiſo ſummæ voluptatis animæ, quia Cæleſtis comtemplationis Cuſtodem Cherubim, qui

Flammigerô mucrone ſuô verſatilìs Ensìs

Exceſſus omnes Paradiſo arcebat ab iſto.

Non facilior ſceleratis aditus ad Carmelum; quàm ad Paradiſum fuerat, quia Cherubim vitâ & ſcien-

 tiâ

tiâ ELIAS harum Cælestium in terris deliciarum; nempè Carmeli Custos, accessum talibus omnem prohibuit.

Ut verò adhuc evidentiùs Custos Paradisi Cherubim probaretur ELIAS Divinissimus ad Torrentem Carith; id est *ad fontem* Deo disponente, & solis aquîs contentæ *voluptatis* suæ residebat. Ad quem fontem voluptatis suæ fundebat preces, undas hauserat, contentus meliùs purô Neptunô, quàm alij non dilutô Bacchô, meliùs limpidô rivô, quàm cæteri massicô botrô. Quinimò ELIAS ad Torrentem Carith, velut ad lautè structam mensam Paranymphus junioris Tobiæ Raphaël Angelus, scilicet: *tantùm videbatur bibere, sed cibò invisibili, & potu, qui ab*
Tobiæ 12 ℣. 19. *hominibus videri non potest.* utebatur; nempè continuâ visione Dei, per contemplationem assiduam; ob quam tantùm (ut ita dicam) umbratilî corpore in terris fuerat, amore autem & executione Divinæ voluntatis, per communicatam sibi à Deo scientiam; semper intra Empyreum Cælum Deo præsentissimus; non minùs traducebat in se Propheticam scientiam Mysteriorum Dei, ac succensa sicca stupa ab igne:

Cum fervore jubar, lucemq; à perpete flamma.

Cernite hîc in Cherubi ELIAM, in ELIA Divinissimo verum Cherubim; qui in terris paret, & simul in Cælis conversatur, videtq; faciem Patris ac omnigenenè eruditur; ubicunq, moratur: præsto Deô facie ad faciem fruitur. Cælos in terris habet, quia beatam visionem Dei, æternitatem in tempore mũdi, quia æternitatis *ante & post* primum Fontẽ, imò Oceanũ, & comprehensorẽ adæquatũ perfectissimũ.

Latet me certitudo cujus Chori esset ille Ange-
Gen: c.29, ℣. 19 lus! qui in solitudine Bersabee traductæ Agari & Ismaëli ad levandam sitim puteum aperuit? ac defi-

cientem spem & vitam, ex improvisò provisis aquis refocillavit & sustinuit? de Cherubinorum tamen Choro (salvô meliori sensu Doctorum Ecclesiæ & fidei) eum fuisse opinor. Nam; ut alia beneplacita, ita etiam Providentiam Dei nôsse, & protinus illam ad amussim exequi, huic Cætui convenire docet Orthodoxa Religio. ELIAS sacerrimus magnus Divinæ Minister Providentiæ, (& ut ita dicam) Cælestium Generalis Vicarius Provisor Gratiarum. Egentissimam quippe Sarephtanam Viduam filiumq; Viduæ publicâ fame maceros, accrescente in dies pugillaris farinæ penu aluit indigentes. Deficientis olei æquè illi viduæ Natoq; suo inexhauribilem fontẽ aperuit, ut ille Agari, & Ismaeli Angelus torrentẽ aquæ. Invisibiliter itaq; (*ut incorporei solent Angeli*) provisis alimentis satiavit ELIAS, & famelica hominum desideria, & Dei Gloriam: dum Paternam ejus etiam circa minimos Providentiã, & curam in orbẽ integrum promulgavit. Sedatis jam his mundi hominumq; curis, vocavit ELIAM Divinissimum ad ipsum Damascenum Paradisum destituta, (ut arbitror) excubiis custodia Paradisi, ne moraretur igitur ELIAS Divinissimus, exigitam necessitatem vocationemq; sui ad tuendã Paradisi securitatẽ flãmigerô pilentô, velocissimâ autem festinatione & impetu, subjugatis invisibiliter Angelis, magnificẽtius; quàm Sosostres Regibûs discessit in eundẽ. Igneum enim Prophetã ELIAM, alius haud decuit currus, nisi ardens. Cherubim autem Paradisi Custodem; nisi Angelica decuit assistẽtia, & jugales. Stetit itaq; locatus in medio Paradisi, flammeô suô gladiô integritatem ejus propugnat vigilantissimè, & tunc nisi suis destituet Paradisum excubiis, dum;

Nullus erit splendor lux nulla nitescet Olympo.

C2 Nem-

Nempè dum omnis temeraria, & violenta hominũ cessabit improbitas, dum invasores, & latrones scelestissimi, nempè; rebelles Deo homines per Generalẽ ultimi Divini Areopagi punientur, & tollentur sententiam. Vigilantissimus enim Custos Paradisi ELIAS, nisi pacatô integro orbe vibratum imponet vaginæ gladiũ, dum scilicet omnes civiles, & hostiles discordiæ, ac insidiæ componentur, & quiescent, nullusq́, erit, qui ultorẽ ELIÆ gladiũ rebellibûs Deo, temerariis suis sceleribûs provocet in jugulum.

Unus est ad Damascũ ab ipso supremo Conditore Cæli Numine, alter in Carmelo Vestro ab ELIA electus, & plantatus *Paradisus*, Patres Religiosissimi, uterq; laurifer; quia etiam Vester Doctoralibûs Corymbîs frequentissimus. Uterq; continet Arborem scientiæ Boni, quia etiam Vester probâ scientiâ plenus Theodoctus. Uterq; fonte voluptatis præditus, S. August. quia etiam Vester in Carmelo, *Fonte signato*, *Fonte* S. Ephren. S. Bonavét. *Gratiæ*, & totius Consolationis ac *Fonte Misericordiæ* Maria Virgine irrigatur. Uterq; *Lignum Vitæ* in area sua alit, quia etiam Vester Lignum Crucis, & illud S. Bernard. Lignum vitæ: *quod solum dignum fuit portare fructũ Salutis* Deum Hominẽ; nempe Deiparã in se cõcludit; vos autẽ devotissima semper colitis pietate. Ergo ELIA Divinissime ubi talem per te Filiosq́; Tuos Religiosissimos custodiens apparasti, & reliquisti orbi in Carmelo monte Paradisum ad Posnaniã, qualem nunc incolis & custodis ad Damascum, jam ex effectis, & comparatis causam omnigenamq; modũ noscimus, Te esse *Cherubim Custodẽ Paradisi*. Flammeô igitur Tuô gladiô arceas, & rescinde à nobis ea omnia, quæ Cælestem Paradisum possent demereri, sisq́, nobis omnibus, & Cherubim: scientiã, voluntatem, ac beneplacitum Dei communicans, & vitæ nostræ Custos Angelus. DIXI.